2

RELEGATIO LVTHERANORVM ET CALVINIANORVM PRÆDICANTIVM EX SACRO ROMANO IMPERIO.

Ex

RELEGATIONE IESVITICA ANDREÆ LONNERI LVTHERANOCALVINISTÆ verbatim confecta;

ET

PRÆDICANTIBVS STRENA Ianuariæ loco tranſmiſſa

A

IACOBO GRETSERO SOCIETATIS IESV THEOLOGO.

ANNO *M. DC. XIII.*

INGOLSTADII,
Ex Typographeo, ANDREÆ ANGERMARII.
Sumptibus Ioannis Hertſroj Bibliopolæ Monacenſis.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO

AD PRÆDICANTES LVTHERANOS ET CALVINIANOS.

E*Vulgauit hoc Anno M. DC. XII.* A*NDREAS* L*ONNERVS Zuſatenſis ſeu Lutheriſta, ſeu Caluiniſta, Inuectiuam quãdam, cui titulum fecit.* Relegatio Ieſuitarum ex omni benè ordinata Republica, vi nouem argumentorum potiſſimum, vt à Religione eorum, à ſcholis, Monarchia, tributorum denegationibus, auaritia, luxuria, proditionibus, factionibus, ſeditionibus & Regicidiis ordine & firmè demonſtrata; *Gieſſæ primum recitata, poſtea multò auctior in lucem data, quam, quanta quan-*

ta eſt, conſarcinauit Rabula iſte ex infami-
bus iamque pridem contritis & profligatis
chartis Haſenmülleri, Cambilhonis, Equi-
tis Poloni, Angli Caluino Papiſtæ de modo
agendi Ieſuitarum: Ex Catechiſmo Ieſui-
tico. Ex Philippica cauſſidici Arnaldi; Ex
Stephano Paſquierio; ex Daniele Crame-
ro; Ex picturis, ſculpturisq; famoſis plus vice
ſimplici à calumniatorum turba, in Ieſuita-
rum contemptum, in vulgus extruſis; ex li-
bellis, qui biennium abhinc, poſt mortẽ Chri-
ſtianiſsimi Galliarum Regis Henrici IV.
ſturnatim circumuolitabant; Gallicè pri-
mum, mox Latinè & Germanicè. Denique
ex chartis probroſis Anglicanorum & Polo-
nicorum Criminatorum; & ex aliis huius
notæ & ſignaturæ, quibus omnibus iam olim
à variis tam noſtri Ordinis, quam aliarum
profeſsionum doctiſsimis hominibus, Apolo-
getica ſcripta oppoſita ſunt; fraudeſq;, Pſeu-
dologiæ, Sycophantiæ, & alogiæ calumniato-
rum ad inferos vſque, vnde exſtiterant, de-
preſſæ. Nec ſolum id à literatis præſtitum;
ſed aliquando etiam potentiſsimorum Re-

gum,

gum, Principum ac Magiſtratuum publicis ac authenticis teſtimoniis, vt non ſolum Germaniæ noſtræ; ſed & toti propemodum Chriſtiano orbi liquidò conſtat.

Declamator tamen iſte horum nihil moratur. Mendacia & conuicia priſca, tam ſecurè repetit & regerit; quaſi eorum vanitas, inanitas, & falſitas à nemine vnquam patefacta, ſolidiſque argumentis refutata fuerit; idque tanta cum rabie facit; vt ſine iniuria phreneticus cenſeri queat. Tanto vlulatu, & toties iterato, eiectionem Ieſuitarum ex Germania efflagitat; vt ex mania Ieſuitas magis odiſſe & formidare videatur, quam Hydrophobi *aquas.*

Nec animaduertit ebrius furore circulator, ſe ea effutire; quæ, exigua mutatione facta, in vos, ô Prædicantes, *retorqueri, & in ſinum veſtrum refundi commodiſsimè valeant. Quod haud vanè à me affirmari; docebunt ea, quæ ex Inuectiua Lonneriana excerpſi, & per Parodiam modicè inflexa, ad vos tranſtuli; vobiſque contemplanda propoſui; vbi illud inprimis cogitari à vobis vellim,*

lum, quidnam vos & veſtri facturi eſſetis, ſi quis Ieſuita ſimilem Lonnerianæ declamationi Inuectiuam in vos emiſiſſet? An non boatibus & mugitibus cælum & terrã compleretis, Ieſuitaſque tanquã turbatores publicæ pacis, ingenti clamore traduceretis; adque tam indignæ rei vindictam, Principes, Magiſtratus, & populos veſtros inflammaretis? Fingite me vel alium Ieſuitam ſic affari Illuſtriſsimum Principem VVolffgangum Guilhelmum, *Palatinum Rheni, Bauariæ Ducem, &c. (cui Lonnerus ſuam maledicentiam dedicat.)* Age igitur, ô Maxime Princeps, & vota noſtra pia & applauſus, ne deſpice, & niſus noſtros qualeſcunque in Hydra iſta *(Prædicantica)* debellanda, pro tua in nos noſtroſque clementi propenſione, ſerenior accipe. Quas illa hæc lues turbas vobis dederit Principes *(Catholici)* & quæ negotia faceſſerit, toti orbi increbuit. Multa illi & nefanda & breui tempore de hoc Regno veſtro *(Germanico)* machinati & muginati ſunt; ea non ſolum in ipſis *(Germaniæ)* mœnibus, ſed extra etiam, in Gal-

Gallia, Bohemia, &c. Certè dignì fuiſſent amandatione remotiore, ſi non emendatione atrociore. Verum tolerati hactenus cum magna patientia, &c.

Vt autem intelligeret illa manifeſta Rerumpublicarum corruptela, & pernicioſa malorum ſociennorum (*Prædicantium Lutheranorum & Caluinianorum*) ſocietas, quales eſſent, & quo digni, omneſque Reſpublicæ de peſte eorum extremè ſibi cauenda in tempore admonerētur, non iuberentur, commoda occaſione orationem hanc de non ferendis (*Prædicantibus*) in benè ordinatis Rebuſpublicis habui, habitam recognoui, recognitam auxi, augendam adhuc deinceps, in lucem miſi, &c.

Quid, quaſo, ô Prædicantes, animi vobis eſſet, ſi quis Ieſuita prædictum Illuſtriſſimum *Principem, vel aliquem ex Catholicorum numero ſic compellaret? Qui tam delicati cæteroqui eſtis, vt, ſi quid vel obiter dicatur, quod ſecta veſtra minus fauere videatur; ſtatim* arma, arma *inclametis, &* tubas, *&* tympana, *& quidquid ad Martem Bellonamq;*

namq; ſpectat? Quoties occinitis & ingeritis, quæ ab Andrea Fabricio; à Paulo VVindeckio, à Ficklero, aliiſque nonnullis aliud quaſi agendo, de ſectis non tolerandis, dicta ſunt? Et tamen, quid niſi ludus ſunt, ſi comparentur cum dictis ſcriptiſque veſtris, contra Catholicos, præſertim Ieſuitas, ſæpiſſimè diſſeminatis?

In cuius Catholici monumentis legiſtis aliquid ſimile huius, quod Lutherus in cap. 20. Geneſeos euomuit? Templa Papiſtarum ſunt ſcholæ Diaboli, & debebant decuplo ſpoliari præbendis ſuis. *Vel huius quod eructauit Melanchthon in cap. 5. Danielis.* Singuli principes in ſuis ditionibus debebant otioſos & hoſtes Euangelij Epiſcopos, Canonicos & Monachos eijcere ex poſſeſſionibus facultatum Eccleſiaſticarum, & curare, vt idonei Miniſtri (*hoc eſt, Prædicantes*) cum coniugibus & liberis alerentur.

Fingamus aliquem ex Catholicis ſcriptoribus ſcripſiſſe: Templa Lutheranorum ſunt ſcholæ Diaboli, & debebant decuplo ſpoliari prouentibus ſuis, ſi quos habent.

Item:

Digitized by Google

Item: Singuli principes in ſuis ditionibus debebant otioſos, & hoſtes Catholicæ fidei Superintendentes, Prædicantes, Logodulos, Spermologos eijcere ex poſſeſſionibus Facultatum, quas Eccleſiæ Orthodoxæ abſtulerunt, & curare, vt idonei & Catholici Miniſtri alerentur: *Bone Deus, quos flammarum globos Prædicantes non exſpuerent, ſi tale quid in Catholici ſcriptoris Commentario reperirent? Nunc cum atrocia iſta & planè turbulenta effata, ex Lutheri & Melanchthonis tripode proficiſcuntur; non modò nihil indignationis præ ſe ferunt: ſed ea etiam, tanquam diuina oracula, exoſculantur; nec prolata dolent; ſed nondum ad effectum collata gemunt. Verum ex digreßione in ſemitam reuertor.*

In toto hoc ſiue querimoniarum ſiue accuſationum vel potius calumniarum argumento, plerumq; obſeruare licet, ó Logoduli Quinteuangelici, *mirificum mentium veſtrarum candorem; dum Auctores, qui cum veſtro Euangelio minus clementer agendum*

Digitized by Google

cenſent in Ieſuitas transformatis, licet Ordinem noſtrum nunquã profeßi fuerint: quod etiam factum ab hoc veſtro rabioſo Locutio, *vt & à neſcio quibus* Confeſſioniſtis, *in poſtremis Comitiis Ratisbonenſibus, Anno M. D C. V I I I. qui & voce & ſcripto aiebant*, ſibi à ſuo principe in mandatis datum, *vt omnes de cauendis Ieſuitarum machinationibus, &, vt vocant, pernicioſis* practicis, *ſeriò commonefacerent; Ieſuitarum conatus ex propriis eorum libris ſatis elucere. Poſtea ſex Auctores nominatim protulerunt; nempe* D. Georgium Ederum, D. Iodocum Lorichium, D. Ioannem Piſtorium Nidanum, D. Andream Fabricium, D. Ioannem Baptiſtam Ficklerum, & D. Petrum Muchitſch, *quorum nullus Ieſuita fuit, vt toti mundo notum eſt; Et tamen potentibus herbis & verbis in Ieſuitas tranſmutantur, nec alio fine, quam vt calumnia nomine, & quaſi toga Ieſuitarum tecta & velata; faciliorem aditum ad aures & mentes auditorum habeat.*

Quid-

Digitized by Google

Quidquid in vos veſtramq; ſectam ſcribitur, dicitur, iacitur, id veſtro iudicio, ſeditioſum eſt, & contra publica pacta, contra Imperij iura, contra iurata fœdera; & contra illam tam exoptatam *(agnoſcitis, opinor, veſtras phraſes)* diuque deſideratam in religionis negotio tranſactionem. *Denique totum hoc in contemptum ac ignominiam Principum* Proteſtantium *redundat. At ſi vos immaniſsimis conuiciis & maledictis turbulentiſsimis in Catholicos, maximè in Ieſuitas deſæuiatis, eoſque diſertè ad furcam, ad gladium, ad rogum, & cum mitiſsimè, ad perpetuum exilium depoſcatis; tum ſcilicet officio Præconium Euangelicorum ſtrenuè fungimini; nec quidquam à pace & publica tranquillitate alienum agitis; nec claſsicum canitis; nec in Catholicos principes iniurioſi eſtis, nec quidquam in eorum Maieſtatem committitis, quia mutis canibus, lupos ab ouili non arcentibus, ſumma pœna denunciantur; & quidquid fit, id in* Papiſtas *fit. Vile & abiectum animal* Papiſta; *& adhuc contemptius,* Ieſuita.

Sed, ô boni, valdè fallitis & fallimini, ſi Papiſtam *maioris pretij nõ æſtimatis, quam* Lutheriſtam, *aut* Caluiniſtam. *Qui ſi nulla præ vobis prærogatiua gauderet; antiquitate profectò vobis in Imperio antecelleret; quia* Papiſta *prius in Imperio fuit, quam aut Lutheri, aut Zvvinglij, aut Caluini abauus, aut atauus in luminis oras ederetur.*

Admodum etiam decipimini; ſi vobis perſuadetis, vos veſtris Principibus, & aſſeclis chariores, & coniunctiores eſſe, quam ſint Ieſuitæ Principibus, & alijs; qui Apoſtolicæ ſedi conſtanter adhærent: ac proinde ſi quid in vos veſtramque ſectam dicatur, id ad iniuriam Principum & Magiſtratuum veſtrorum vergere; totam autem conuiciorum molem in Ieſuitas iactam, in ſolis Ieſuitis reſidere; neque ad Principes, alioſque Catholicæ profeßionis ſtatus manare. Non eſt ita; Mendacia, falſa probra, lædoriarum & maledicentiæ ſpicula, in auitæ fidei defenſores ac propugnatores vibrata, ad ſe pertinere

nere arbitrantur; non ignari per huiuſmodi cuniculos, ipſam vetuſtam religionem impeti, & per latus Ieſuitarum, alios itidem, qui ſe pro domo Dei, murum opponunt, confodi: tam enim amatis iſtos, quam illos. Odium tamen in Ieſuitas apertius promitis; fortè, quia, his ſublatis, cætera vobis proniora fore creditis.

Sed omitto iſta; & iam rem ipſam, cuius cauſſa hæc præfati ſumus, aggredior; Vos etiam atq; etiam obſecrans, vt ſincerè, ſi qua vel micula ſinceritatis vobis ſupereſt; exponatis, qua mente futuri eſſetis, ſi quis Ieſuita, aut alius Catholicus Lonneriano ſtylo, publicè vobiſcum decernere ſtatuiſſet; voſque non modò ad relegationem extra Germaniam; ſed & ad Crucem & Pyram Stentoreis vocibus poſtulaſſet. Nihil hic, tanquam meum, mihi imputabitis. Quæcunque dicam, prius à Lonnero dicta ſunt; in Ieſuitas quidem fateor; ſed quis mihi vitio vertat; ſi regeram in ſinum veſtrum, vt patientiæ & æquanimitatis veſtræ experimentum publi-

cum capiamus: præſertim Prædicantium nobis vicinorum; quibus Lonneriana maledicentia melle & fauo dulcior accidet, vel eo etiam nomine, quod Illuſtriſſimo Principi ac Domino VVolffgango Guilhelmo, *Palatino Rheni, Bauariæ Duci, &c. inſcripta ſit.*

INCI-

JNCIPIT FELICITER RELEGATIO PRÆDICANTIVM LVTHERANORVM ET CALVINIANORVM, RELEGATORE ANDREA LONNERO Zuſatenſi Lutherano-caluiniſta.

QVID dicemus igitur? An tolerandum illud (Prædicantiū) genus in bene ordinatâ Republica & Eccleſia? Non ignotum enim mihi horum præſtigiatorum ſimulatam pietatem & diligentiam ita quorundam animos effaſcinaſſe, vt peſtem hanc non ſolum recipiendam, ſed etiam beneficiis donationibuſque afficiendam aſſeuerent, ex iiſque quidam rudi & indocto errore, quidam data opera.. At mihi vtrorumq; ſententiam refellere nunc ſola opera eſt,&c. Quādiu igitur hærebis Eccleſiæ & Rebuſpublicis noſtris infeſta & funeſta *Prædicantium* lues? Quandiu ædificia tua noſtris coniūges? Quandiu nos eludet maleſuada tua fraus & ſimulatio? Quandiu auaritia tua nos expilabit? Quandiu infrunita tua ſica in nos, Regeſque noſtros graſſabitur?

Quan-

Quandiu impune vadum Eccleſiæ & Imperij immanitas tua vaſtabit? Nihilne te cæleſte præſidium, nihilne ſanctiſſimæ noſtræ Reipublicæ vigiliæ, nihil tot munitiſſimi Academiarum ſenatus, nihil tot doctorum virorum ora vultuſq; mouebunt? Exite, exite, inquam, vos manifeſtæ ſacerdotij & Imperij corruptelæ: Exite inquam. Voſne putabitis, falſi animorum effecturos ſæpius veſtro fuco & dolo, vt domuitio ſit vobis apud nos, & res ſit, & gratia? Nequicquam vos nequam. Patent iam veſtræ fraudes, hiant artes; detectæ ſunt; & omnibus expoſita ſunt probra veſtra: vt nemo vel tantillum in toto corpore veſtro profligatiſſimo inueniat, quo vllum commodum Eccleſiæ & Reip. accidere poſſit. Vel date, ſi viri eſtis. Inter eſt enim Reip. non modo pigrum, ignauumq; fuci inſtar, ciuium pecus eijcere & exturbare: ſed etiam nocentes procul à mœnibus arcere. Verum veſtra quæ eſt tractatio, aut qualis in Remp. à vobis vtilitas? Si aliqua eſt, erit aliquis manendi locus: ſin nulla, exeundi. Dicam; ſi carnificum, ſi lictorum, ſi hiſtrionum, ſi ludionum, ſordidas operas exerceretis, aliqua vel vtilitas, vel delectatio eſſet in Rempublicam: aliquo modo etiam ferendi. At à vobis, per Deum immortalem, non modo nulla ſperanda vtilitas, ſed etiam extrema & communis patriæ peſtis pertimeſcenda: vt, qui non templa tantum Domini noſtri Iesv Chriſti, ſed & Academias noſtræ Eccleſiæ, denique Eccleſiam totam ad exitium & vaſtitatem vocatis, &c.

Pag. 7. Habetis finem. Iliadem malorum habetis, ô mei Auditores; Media vultis nunc à me? Bone Deus, quæ priuilegia, quas artes, quos dolos, quas fraudes, quas

machi-

machinationes, quæ conſilia, quæ ſcripta, quas inſidias, quas impoſturas, conſpirationes, proditiones, minas, tyrannides, interneciones, cædes, Regicidia? Incredunda omnia: de quibus dum viuam, nullum dicendi finem faciam, dum illi nullum faciendi, &c. *Væ vobis progenies viperarum*, qui ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis, quæ à foris apparent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia. Foris apparetis hominibus iuſti; intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Væ, væ vobis Phariſæis & hypocritis, omnia opera veſtra facitis, vt videamini ab hominibus. Dilatatis phylacteria veſtra, & magnificatis fimbrias. Væ vobis Phariſæis & hypocritis. Et, per Deum immortalem neſcio, qui ſub toto orbe magis conuenirent, quam vos ſocienni & Phariſæi. Non tam aqua aquæ, nec lac lacti, lupus lupo, credite mihi, vſpiam ſimiliora, quam illi veſtrorum, & vos illorum, &c. *Pag.* 18.

Anne hiſce exſtruendæ ædes? Quis eſt qui putat hoc, qui vel guttulam paruulam pietatis in toto ſuo corpore habuerit?* Comburantur potius, comburantur tales maleficiorum ædes, & illi ipſi cum illis. Dignum profectò illorum ſalarium: aut ſaltem reſtituantur nobis noſtriſq; Doctoribus, aut etiam aliis in ſua Republica hominibus, &c. *Pag.* 29.

** Nō ſtant vobis coma ô Prædicātes!*

Verum puditum eſt me plura de peſtifera *Prædicantium* ſecta effutire, ex qua ſemper Dei honor deturpationem, Religio impeditionem, Reſpublica euerſionem experta eſt. Neq; enim ſibi tantum turpis hæc *Prædicantium* ſocietas & virulenta, ſed etiam apud alios virus ſuum effudit, eoſq; ita infecit, vt dein nunquam ad ſanitatem redire valeant: vt his *Prædi-* *Ibid.*

Digitized by Google

cantibus exhauſtis, Reſpublica releuata, & Eccleſia recreata eſſe videatur. Multis dixi hoc, iterum dicam, & clarioribus: Idololatræ ſunt, Antichriſti ſunt, ſuperſtitioſi, hypocritæ, ſophiſtæ, præſtigiatores, vagi, Euangelicæ doctrinæ perduelles, ſtelliones, impoſtores, ſodomitæ, lenones, *ἄστοργοι*, ingrati cuculi, Orbilij, carnifices, literarum corruptelæ, magi diabolati. At at ferendi hi? Tu me, IESV Chriſte Rex tuæ & caput Eccleſiæ, & ſumme piarum ſcholarum Rector, iudicabis. Tibi illud relinquam, &c. Eijcite, eijcite peſtiferum illud noſtri Imperij ſcelus; extremam perniciem eijcite, &c.

Pag. 33. Rogo vos iterum, ô Sereniſſimi proceres, *Prædicantes* tolerari nequeunt, vt infenſiſſimi Monarchiæ
Pag. 34. Romanæ hoſtes & perduelles. Expellatur igitur & expurgetur cholera hæc: ex Germanico corpore noſtro expellatur. Quando nihil ſubſtantiæ nobiſcum communicet, nihil partis & membrorum ſuſtineat, ſed niſi mera cholera, materia humida, putrida, nocitua & morbifera. Vos videbitis, qui rectiſſimè morboſis & malè affectis Rebuſpublicis opportuna remedia adhibere noſtis, &c.

Pag. 47. Et niſi mox exturbentur ſcelera (Prædicantica,) audacter dicam, eueniet breui, vt veſtræ res, veſtræ facultates, veſtræ ſubſtantiæ, veſtræ domus, veſtræ familiæ, villæ veſtræ, veſtra prædia, veſtri agri, veſtri campi, veſtri ſerui, veſtra dominia, veſtræ ditiones, veſtra regna, liberi veſtri, veſtræ coniuges, religio veſtra, & omnia veſtra ſummo in periculo verſentur, & vos cum illis, & cum vobis totum Romanum Imperium.

Exite igitur flagitioſi deſperatorum hominum gre-

greges; nemo eſt, qui vos non oderit, qui vos non metuat. Exite, inquam. An ceſſatis? Iterum dico, tertium dico; Exite. Rogant vos matronæ, precantur viduæ, optant Virgines, volunt ciuitates, cogunt nobiles, pellunt Principes, mandat Imperium. Imò tantus dolor in vos, vt non modò homines, ſed & pecudes non paſſuræ eſſe amplius veſtram malitiam videantur. Exi igitur lues, exi contages toti cælo, toti terræ, imò tibi ipſi & tuis conciuibus inuiſa, &c.

Credo me aliquo modo verborum ſpiritu ita me eos difflaſſe, vt ad extremas oras Imperij eos pepulerim. O vtinam eos totos efflare poſſem, vt nullus eorum relinqueretur; quam omnes ſpiritus & ventos colligerem. O nos beatos. O Rempublicam, Eccleſiamq; beatas. Intendam; & hoc extremo vtar flagello quo niſi diſpellam eos, ſemper hærebunt. Pag. 48.

Sed reuertor ad vos, *magni mundi proceres*. Quando incipietis tandem cognoſcere fraudulentam eorum humilitatem? Quando cruentas pacificationes? Quid pacificationes? Quando machinationes, machinationes dico proditorias & Gibeoniticas? Cœperatis abijcere ab oculis, non ita diu eſt, vittam ignorantiæ, & acutius Papæ impoſturas cernere: Nunc iterum induitis? O noctes. O tenebræ. Circumſpicite, circumſpicite, vigilate, prouidete. Hoſtem debellatis, quà terrâ, quà mari multis armatuum millibus proſequimini. Caſtra ſunt locata in Hungariæ faucibus, in Belgiæ finibus; hoſtem ipſum in ipſis viſceribus prouidete, in ipſo gremio ſinuq; , cauete, tenetis, fouetis. Nulla eſt natio, quam pertimeſcatis: nullus Rex populo Romano bellum inferre audet: omnia ſunt externa etiam, vnius Cæſaris Romani virtute,

 mari

namq; ſpectat? Quoties occinitis & ingeritis, quæ ab Andrea Fabricio; à Paulo VVindeckio, à Ficklero, aliiſque nonnullis aliud quaſi agendo, de ſectis non tolerandis, dicta ſunt? Et tamen, quid niſi ludus ſunt, ſi comparentur cum dictis ſcriptiſque veſtris, contra Catholicos, præſertim Ieſuitas, ſæpiſſimè diſſeminatis?

In cuius Catholici monumentis legiſtis aliquid ſimile huius, quod Lutherus in cap. 20. Geneſeos euomuit? Templa Papiſtarum ſunt ſcholæ Diaboli, & debebant decuplo ſpoliari præbendis ſuis. *Vel huius quod eructauit Melanchthon in cap. 5. Danielis.* Singuli principes in ſuis ditionibus debebant otioſos & hoſtes Euangelij Epiſcopos, Canonicos & Monachos eijcere ex poſſeſſionibus facultatum Eccleſiaſticarum, & curare, vt idonei Miniſtri (*hoc eſt, Prædicantes*) cum coniugibus & liberis alerentur.

Fingamus aliquem ex Catholicis ſcriptoribus ſcripſiſſe: Templa Lutheranorum ſunt ſcholæ Diaboli, & debebant decuplo ſpoliari prouentibus ſuis, ſi quos habent.

Item:

Digitized by Google

Item: Singuli principes in ſuis ditionibus debebant otioſos, & hoſtes Catholicæ fidei Superintendentes, Prædicantes, Logodulos, Spermologos eijcere ex poſſeſſionibus Facultatum, quas Eccleſiæ Orthodoxæ abſtulerunt, & curare, vt idonei & Catholici Miniſtri alerentur: *Bone Deus, quos flammarum globos Prædicantes non exſpuerent, ſi tale quid in Catholici ſcriptoris Commentario reperirent? Nunc cum atrocia iſta & planè turbulenta effata, ex Lutheri & Melanchthonis tripode proficiſcuntur; non modò nihil indignationis præ ſe ferunt: ſed ea etiam, tanquam diuina oracula, exoſculantur; nec prolata dolent; ſed nondum ad effectum collata gemunt. Verum ex digreſſione in ſemitam reuertor.*

In toto hoc ſiue querimoniarum ſiue accuſationum vel potius calumniarum argumento, plerumque obſeruare licet, ô Logoduli Quinteuangelici, *mirificum mentium veſtrarum candorem; dum Auctores, qui cum veſtro Euangelio minus clementer agendum*

cenſent, in Ieſuitas transformatis, licet Ordinem noſtrum nunquã profeßi fuerint: quod etiam factum ab hoc veſtro rabioſo Locutio, *vt & à neſcio quibus* Confeſſioniſtis, *in poſtremis Comitiis Ratisbonenſibus, Anno M. DC. VIII. qui & voce & ſcripto aiebant*, ſibi à ſuo principe in mandatis datum, *vt omnes de cauendis Ieſuitarum machinationibus, &, vt vocant, perniciosis* practicis, *ſeriò commonefacerent; Ieſuitarum conatus ex propriis eorum libris ſatis elucere. Poſtea ſex Auctores nominatim protulerunt; nempe* D. Georgium Ederum, D. Iodocum Lorichium, D. Ioannem Piſtorium Nidanum, D. Andream Fabricium, D. Ioannem Baptiſtam Ficklerum, & D. Petrum Muchitſch, *quorum nullus Ieſuita fuit, vt toti mundo notum eſt; Et tamen potentibus herbis & verbis in Ieſuitas tranſmutantur, nec alio fine, quam vt calumnia nomine, & quaſi toga Ieſuitarum tecta & velata; faciliorem aditum ad aures & mentes auditorum habeat.*

Quid-

Digitized by Google

Quidquid in vos veſtramq; ſectam ſcribitur, dicitur, iacitur, id veſtro iudicio, ſeditioſum eſt, & contra publica pacta, contra Imperij iura, contra iurata fœdera; & contra illam tam exoptatam (*agnoſcitis, opinor, veſtras phraſes*) diuque deſideratam in religionis negotio tranſactionem. *Denique totum hoc in contemptum ac ignominiam Principum* Proteſtantium *redundat. At ſi vos immaniſſimis conuiciis & maledictis turbulentiſſimis in Catholicos, maximè in Ieſuitas deſæuiatis, eoſque diſertè ad furcam, ad gladium, ad rogum; & cum mitiſſimè, ad perpetuum exilium depoſcatis; tum ſcilicet officio Præconium Euangelicorum ſtrenuè fungimini; nec quidquam à pace & publica tranquillitate alienum agitis; nec claſſicum canitis; nec in Catholicos principes iniurioſi eſtis, nec quidquam in eorum Maieſtatem committitis, quia mutis canibus, lupos ab ouili non arcentibus, ſummæ pœnæ denunciantur; & quidquid fit, id in* Papiſtas *fit. Vile & abiectum animal* Papiſta; *& adhuc contemptius,* Ieſuita.

 Sed,

Sed, ó boni, valdè fallitis & fallimini, ſi Papiſtam *maioris pretij nõ æſtimatis, quam* Lutheriſtam, *aut* Caluiniſtam. *Qui ſi nulla præ vobis prærogatiua gauderet; antiquitate profectò vobis in Imperio antecelleret; quia* Papiſta *prius in Imperio fuit, quam aut Lutheri, aut Zvvinglij, aut Caluini abauus, aut atauus in luminis oras ederetur.*

Admodum etiam decipimini, ſi vobis perſuadetis, vos veſtris Principibus, & aſſeclis chariores, & coniunctiores eſſe, quam ſint Ieſuitæ Principibus, & alijs, qui Apoſtolicæ ſedi conſtanter adhærent: ac proinde ſi quid in vos veſtramque ſectam dicatur, id ad iniuriam Principum & Magiſtratuum veſtrorum vergere; totam autem conuiciorum molem in Ieſuitas iactam, in ſolis Ieſuitis reſidere; neque ad Principes, alioſque Catholicæ profeſsionis ſtatus manare. Non eſt ita; Mendacia, falſa probra, lædoriarum & maledicentiæ ſpicula, in auitæ fidei defenſores ac propugnatores vibrata, ad ſe pertinere

nere arbitrantur; non ignari per huiuſmodi cuniculos, ipſam vetuſtam religionem impeti, & per latus Ieſuitarum, alios itidem, qui ſe pro domo Dei, murum opponunt, confodi: tam enim amatis iſtos, quam illos. Odium tamen in Ieſuitas apertius promitis; fortè, quia, his ſublatis, cætera vobis proniora fore creditis.

Sed omitto iſta; & iam rem ipſam, cuius cauſſa hæc præfati ſumus, aggredior; Vos etiam atq; etiam obſecrans, vt ſincerè, ſi qua vel micula ſinceritatis vobis ſupereſt; exponatis, qua mente futuri eſſetis, ſi quis Ieſuita, aut alius Catholicus Lonneriano ſtylo, publicè vobiſcum decernere ſtatuiſſet; voſque non modò ad relegationem extra Germaniam; ſed & ad Crucem & Pyram Stentoreis vocibus poſtulaſſet. Nihil hic, tanquam meum, mihi imputabitis. Quæcunque dicam, prius à Lonnero dicta ſunt; in Ieſuitas quidem fateor; ſed quis mihi vitio vertat; ſi regeram in ſinum veſtrum, vt patientiæ & æquanimitatis veſtræ experimentum publi-

cum capiamus: præſertim Prædicantium nobis vicinorum, quibus Lonneriana maledicentia melle & fauo dulcior accidet, vel eo etiam nomine, quod Illuſtriſsimo Principi ac Domino VVolffgango Guilhelmo, *Palatino Rheni, Bauariæ Duci, &c. inſcripta ſit.*

INCI.

Digitized by Google

JNCIPIT FELICITER RELEGATIO PRÆDICANTIVM LVTHERANORVM ET CALVINIANORVM, RELEGATORE ANDREA LONNERO Zuſatenſi Lutherano-caluiniſta.

QVID dicemus igitur? An tolerandum illud (Prædicantiũ) genus in bene ordinatà Republica & Eccleſia? Non ignotum enim mihi horum præſtigiatorum ſimulatam pietatem & diligentiam ita quorundam animos effaſcinaſſe, vt peſtem hanc non ſolum recipiendam, ſed etiam beneficiis donationibuſque afficiendam aſſeuerent, ex iiſque quidam rudi & indocto errore, quidam data opera. At mihi vtrorumq; ſententiam refellere nunc ſola opera eſt, &c. Quãdiu igitur hærebis Eccleſiæ & Rebuſpublicis noſtris infeſta & funeſta *Prædicantium* lues? Quandiu ædificia tua noſtris coniũges? Quandiu nos eludet maleſuada tua fraus & ſimulatio? Quandiu auaritia tua nos expilabit? Quandiu infrunita tua ſica in nos, Regeſque noſtros graſſabitur?

Quan-

Quandiu impune vadum Eccleſiæ & Imperij immanitas tua vaſtabit? Nihilne te cæleſte præſidium, nihilne ſanctiſſimæ noſtræ Reipublicæ vigiliæ, nihil tot munitiſſimi Academiarum ſenatus, nihil tot doctorum virorum ora vultuſq; mouebunt? Exite, exite, inquam, vos manifeſtæ ſacerdotij & Imperij corruptelæ: Exite inquam. Voſne putabitis, falſi animorum effecturos ſæpius veſtro fuco & dolo, vt domuitio ſit vobis apud nos, & res ſit, & gratia? Nequicquam vos nequam. Patent iam veſtræ fraudes, hiant artes; detectæ ſunt; & omnibus expoſita ſunt probra veſtra: vt nemo vel tantillum in toto corpore veſtro profligatiſſimo inueniat, quo vllum commodum Eccleſiæ & Reip. accidere poſſit. Vel date, ſi viri eſtis. Inter eſt enim Reip. non modo pigrum, ignauumq; fuci inſtar, ciuium pecus eijcere & exturbare: ſed etiam nocentes procul à mœnibus arcere. Verum veſtra quæ eſt tractatio, aut qualis in Remp. à vobis vtilitas? Si aliqua eſt, erit aliquis manendi locus: ſin nulla, exeundi. Dicam; ſi carnificum, ſi lictorum, ſi hiſtrionum, ſi ludionum, ſordidas operas exerceretis, aliqua vel vtilitas, vel delectatio eſſet in Rempublicam: aliquo modo etiam ferendi. At à vobis, per Deum immortalem, non modo nulla ſperanda vtilitas, ſed etiam extrema & communis patriæ peſtis pertimeſcenda: vt, qui non templa tantum Domini noſtri IESV Chriſti, ſed & Academias noſtræ Eccleſiæ, denique Eccleſiam totam ad exitium & vaſtitatem vocatis; &c.

Pag. 7. Habetis finem. Iliadem malorum habetis, ô mei Auditores; Media vultis nunc à me? Bone Deus, quæ priuilegia, quas artes, quos dolos, quas fraudes, quas

machi-

machinationes, quæ conſilia, quæ ſcripta, quas inſidias, quas impoſturas, conſpirationes, proditiones, minas, tyrannides, interneciones, cædes, Regicidia? Incredunda omnia: de quibus dum viuam, nullum dicendi finem faciam, dum illi nullum faciendi, &c.

Væ vobis progenies viperarum, qui ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis, quæ à foris apparent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia. Foris apparetis hominibus iuſti; intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Væ, væ vobis Phariſæis & hypocritis, omnia opera veſtra facitis, vt videamini ab hominibus. Dilatatis phylacteria veſtra, & magnificatis fimbrias. Væ vobis Phariſæis & hypocritis. Et, per Deum immortalem neſcio, qui ſub toto orbe magis conuenirent, quam vos ſocienni & Phariſæi. Non tam aqua aquæ, nec lac lacti, lupus lupo, credite mihi, vſpiam ſimiliora, quam illi veſtrorum, & vos illorum, &c. *Pag. 18.*

Anne hiſce exſtruendæ ædes? Quis eſt qui putat hoc, qui vel guttulam paruulam pietatis in toto ſuo corpore habuerit?* Comburantur potius, comburantur tales maleficiorum ædes, & illi ipſi cum illis. Dignum profectò illorum ſalarium: aut ſaltem reſtituantur nobis noſtriſq; Doctoribus, aut etiam aliis in ſua Republica hominibus, &c. *Pag. 29.*

** Nō ſtant vobis coma ô Prædicā-tes?*

Verum puditum eſt me plura de peſtifera *Prædicantium* ſecta effutire, ex qua ſemper Dei honor deturpationem, Religio impeditionem, Reſpublica euerſionem experta eſt. Neq; enim ſibi tantum turpis hæc *Prædicantium* ſocietas & virulenta, ſed etiam apud alios virus ſuum effudit, eoſq; ita infecit, vt dein nunquam ad ſanitatem redire valeant: vt his *Prædi-* *Ibid.*

Digitized by Google

greges; nemo eſt, qui vos non oderit, qui vos non metuat. Exite, inquam. An ceſſatis? Iterum dico, tertium dico; Exite. Rogant vos matronæ, precantur viduæ, optant Virgines, volunt ciuitates, cogunt nobiles, pellunt Principes, mandat Imperium. Imò tantus dolor in vos, vt non modò homines, ſed & pecudes non paſſuræ eſſe amplius veſtram malitiam videantur. Exi igitur lues, exi contages toti cælo, toti terræ, imò tibi ipſi & tuis conciuibus inuiſa, &c.

Credo me aliquo modo verborum ſpiritu ita me eos difflaſſe, vt ad extremas oras Imperij eos pepulerim. O vtinam eos totos efflare poſſem, vt nullus eorum relinqueretur; quam omnes ſpiritus & ventos colligerem. O nos beatos. O Rempublicam, Eccleſiamq; beatas. Intendam; & hoc extremo vtar flagello quo niſi diſpellam eos, ſemper hærebunt. Pag. 48.

Sed reuertor ad vos, *magni mundi proceres.* Quando incipietis tandem cognoſcere fraudulentam eorum humilitatem? Quando cruentas pacificationes? Quid pacificationes? Quando machinationes, machinationes dico proditorias & Gibeoniticas? Cœperatis abijcere ab oculis, non ita diu eſt, vittam ignorantiæ, & acutius Papæ impoſturas cernere: Nunc iterum induitis? O noctes. O tenebræ. Circumſpicite, circumſpicite, vigilate, prouidete. Hoſtem debellatis, quâ terrâ, quâ mari multis armatuum millibus proſequimini. Caſtra ſunt locata in Hungariæ faucibus, in Belgiæ finibus, hoſtem ipſum in ipſis viſceribus prouidete, in ipſo gremio ſinuq;, cauete, tenetis, fouetis. Nulla eſt natio, quam pertimeſcatis: nullus Rex populo Romano bellum inferre audet: omnia ſunt externa etiam, vnius Cæſaris Romani virtute,

mari terraq́; pacata: Intus inſidiæ, intus incluſum periculum eſt, intus eſt hoſtis: cum luxuria nobis, cum audacia, cum amentia certandum. Qui die quidem lacrymatur pectore falſo, ſed noctu laxat Troiæ fatalia clauſtra, &c.

Pag. 51. Sed mitto iam illos proditores dicere, rixarum & bellorum ſeminatores ipſos appellabo, nec ſolum appellabo, ſed etiam probabo. Enim verò proditio illa & exploratio valdè perniciosa regnis; ſed tacita rixarum ſeminatio multo peſtilentior, & quæ, niſi in ipſa herba extinguatur, magnam & venenatam publicorum bellorum & malorum ſegetem progerminat. Gallia loquatur, loquatur Polonia, loquatur Auſtria, Hungaria, Belgia, & deniq; ipſa Regina Germania. Vnde cauſæ iſtæ tot variorum motuum, quibus hactenus in vltima hac mundi periodo, eas omnes conquaſſari non ſine dolore audiuimus? nonne à *Prædicantibus*? Vnde fit, quod Reges ipſi principesq́; concuſſa omni fide, ſubditos ſuos miſerè lacerarint, & prœliis armisq́; vaſtauerint? nonne à *Prædicantibus*? Vnde fit, quod ipſi Principes Germaniæ, & robora Imperij Romani ſolidiſſima, ingenti vndiq; milite conſcripto, armis quandoq; in ſe coruſcent, & ciuis cum ciue, manus cum manu, pesq́; pede concertet? Et quos hactenus non orbis terror, non cunctæ gentes conglobatæ contundere quibant, hos, quis nunc contudit? Annon tacita & clancularia *Prædicanticarum* factionum ſeminatio? Praxis enim eorum negotioſa & moleſta, in aulis Principum & Regum, circa res ſeculares & mundanas, nil aliud intendit, aut tractat, quam, vt cum ijs, & præter eas, Regum animos ad ſua cruenta cōſilia, aut totos trahere, aut leui flexu incli-

Digitized by Google

inclinare, vel aliud ex ijs nequitiæ argumentum deſumere, quo dein aptè, in aliis etiam, contra ipſos, vti poſſint, &c.

Hui vani ſcelerum Sartores. Hui fallaces fraudum Satores; qui pacem bello mutare ſueti, quos nunquam cauſa deficiet, cur pacto non ſtent. O vetus Germania, vbi fides tua? O Germania vbi Fidius tuus? Quid videmus, quid audimus, quam inopinata, quam obliqua; quam non pro veteri Fide & More fida? Eueniet, credo, tandem, vt non ſolum propter dolos totum Imperium noſtrum conciſurum ſit; ſed etiam nos cum illo, non ſine vltione diuina. Vt enim nulla res magis Remp. continet, nec potior regnis, quam fides; ita, eadem infirmata, non minus diſſipat, nec peior eſt. Perfidiam mihi hi veteratores pacis, faces bellorum dixerim, negabunt? Sua ipſorum ſcripta illos in oculum & os conuincent, &c. Vt plures ſunt furiæ eorum, & flammæ publicorum motuum in Eccleſiis & Romano Imperio. Etenim non illi ſolum, ſic ſuos in ſuos & noſmetipſos, ſed & noſtros Principes bellis inteſtinis irritant; Et quo ipſi flabris ſuis ſpirare nequeunt; ipſi alios excitant. Tam prudenter iſti Aeoli ſciunt clauum nequitiæ adminiſtrare. De plauſtro loquar. Quod Europa tot turbationibus agitatur, quod Reges & Regna ardent ſeditionũ & bellorum flamma, &c. veram cauſſam eſſe *Prædicantium* ſugillationem. *Pag. 54.*

O auſtros peſtilentiſſimos, ô turbines veſaniſſimos. Nullum iam facinus extitit, niſi per hos, nullum flagitium ſine his. Non ſolum illi ad negligendas leges, ſed etiam ad euertendas, perfringendaſque valuerunt. Scilicet cum illo fine: vt poſt diutinas *Pag. 56.*

conflictationes, defeſſis noſtris & exſuccis, illis prædę fieremus. Hoc argumentum eſt omnium harum Tragœdiarum, & finis vnicus, quem illi ſummus medi- tullitus viribus contendunt.

Pag. 57. Vbi igitur, Deum immortalẽ, obſecro, ſumus gentium? Quod Imperiũ habemus? Quos Reges? Quos Principes? In quo orbe viuimus? Quid ſecuritatis, quid tranquillitatis? Fluctuandũ ſemper? Æſtuandũ, inter hoſce ſcopulos & ſyrtes? Ita ſæpè ſeriò, & tamdiu, donec hæc perfida & inquieta gẽs, & omnium ſimulationũ architectrix nobiſcũ conuerſatur, vt q̃ de noſtro omniũ interitu, q̃ de huius ciuitatis, atq; adeò totius Romani Imperij exitio angitur, nec prius in pace eſſe poteſt, niſi prius ſublata ſint *Catholicorũ agmina.*

Tales igitur adhuc in ſinu noſtro habemus, tenemus, fouemus? O tempora, ô mores. Qualia legimus in Polonia factitata? Qualia in Germania, Belgio, Gallia, Scotia, Anglia? *Prædicantes, Prædicantes* omniũ

Pag. 63. harum turbarũ anteſignani, omnium factionum ſigniferi, omniũ bellorum ductores & doctores. Non mea hæc eſt accuſatio; Omnium, omniũ eſt, & maximorum hominum quorum loca hæc *Prædicantica* fex collutulauit. Singularum gentiũ ſingulæ ſcriptiones,

Pag. 64. ſingulæ proteſtationes. Etenim, *Prædicantes*, quid igitur exſpectabitis amplius, cum neq; nox cæca nefarios veſtros conatus obſcurare queat, nec priuata domus continere vocem coniuratorum veſtrorum poſſit? Si illuſtrantur, ſi erumpunt omnia; mutate mentem veſtrã, mihi credite, obliuiſcimini cædis, atq; incendiorũ: Tenemini; vndiq; luceſcunt clariora veſtra machinamẽta omnia. Quid exſpectabitis, dico? Nihil agitis, nihil molimini, nihil facitis, q̃ noctu noſtri non videant, plan eq; ſentiant. Dico

Dico tertium, quid exſpectabitis proditioſi, factioſi, ſeditioſi? Legis ſententiam poſtulatis? ſi Lex ſententiam feret, non ſolum deſolandi exilio, ſed etiā è medio auferendi. Oporteretq; vos ad mortem produci, & peſtem illam in vos conferri, quam vos aliis machinamini. Sanxerunt enim vetuſtiſſima legum decreta, vt Taraxopolides, vt ſeditionum & tumultuum autores, mulctam grauiſſimam ſuſtinerent: Scilicet, vt pro qualitate dignitatis, aut in furcam tollantur, aut beſtiis ſubijciantur, aut in inſulam deportentur, &c.

Et quid dicam de crimine ſeditionum veſtrarum in Rempublicam? Veſtra ſceleſta proditio, veſtra malitioſa factio & hoſtilis ſeditio ipſam lædit Cæſaream Maieſtatem, ipſum Imperium, ipſam Remp. eiuſq; proceres. Nam & literas & nuncium mittere hoſtibus eius Reipublicæ, in qua viuitis, & ſignum dare, facereq́; dolo malo, quo hoſtes Regni conſilio iuuentur, non intermittitis. Imò aduerſus Rempublicam, eiuſq́; ſecuritatem & tranquillitatem dolo malo & conſilio, ineuntur multa, vt armati veniant cum telis lapidibusq́; in Vrbe ſua, veniantq́; aduerſus Remp. loca occupentur, homines ad ſeditionem euocentur, aut non quæuis non ſuſcipiantur, & attententur crebris conſpirationibus aduerſus Reip. ſalutem & vtilitatem. Pag. 65.

Accumulatis quoq; crimen læſæ Maieſtatis, crimine perduellionis, quādo Imperij ſtatū ipſum labefactatis, eumq́; iam optimè temperatū ad vnius *ſectæ veſtræ* tyrannidē vindicare appetitis. Hęc crimina veſtra, *Prædicātes*, quomodo ea exſoluēda? Dicā, q, leges dicunt. Volunt eæ ſuperioribus caput ſecuri præcidi.

cum

Digitized by Google

cum bonorum confiſcatione. Humiliores verò comburi mandant, aut beſtiis ad ludum obijci: Memoriâ inſuper ipſorum poſt mortē damnatâ: Aut, vt nunc conſuetudine obſeruatur, in quatuor partes diſſecātur. Perduellionis veſtræ, quod cumulatis, crimen, eâdem ſeueritate punitur. Quamuis autem non quiſquis, qui legis Iuliæ Maieſtatis reus eſt, in eâdem conditione eſt: videlicet, ſi in delicto æquales; Tamen hę cauſæ tales ſunt, vt ſine reſpectu perſonarum, vltimo ſupplicio meritò affici debeatis. En habetis legum ſeueritatem, ſi habere vultis.

Sed quod ad ſerenitatem, lenius, & ad vtilitatem Reip. communem mitius, non volunt vos iuſtiſſimi legum temperatores interfici, ſed exire mandant. Putant enim hoc modo veſtrûm, veſtrorumq; comitum magnam & perincioſam Reip. ſentinam exhauriri & purgari poſſe. Lene & mite iudicium ſanè. Viderunt mehercules mecum multa millia hominum Brunſvvigæ, quod non ſolum in proditorem iſtum diabolicum, inaudita ſimul ſupplicij genera vſurpata; Digiti periuri amputati; candentibus quatuor forcipibus quater tortus, diſtortusque, mouente ſe toto theatro: Viuus diuiſus in partes quatuor; combuſta ilia: reliquis partibus quatuor, terræ partibus quatuor diſcriminatim, capite verò vniuerſim toti mundo & orbi, palam oſtenſis. Nec ſolum hoc: ſed & alij primores è Senatu, è Tribunis doctiſſimi, grauiſſimi nulla cogitatione proditionis, ſaltem turbis ſuis aduerſus ſenatum, libertatis vindicandæ cauſa falſa opinione, excitatis, obſecundantes publicè ſecuri percuſſi ſunt, ijſq; ad numerum, puto, vndecim. Vos proditores, vos turbatores, furentes audacia, ſcelera

Pag. 66.

lera anhelantes, peſtem patriæ nefariè anhelantes, nobis, atq; noſtræ Eccleſiæ incendium, flammamq; minitantes: Vos, inquam, prodigia & monſtra, Romanum Imperium puncto temporis exſtinguere volentes, non ſolum non abire, ſed & communi vita & ſpiritu nobiſcum frui vultis? imò tegi, protegi? Exite, inquam, exite, deſinite inſidiari, circumſtare orbem cum gladiis, cum ſtirpe malorum omnium, deſinite mallcolos ad incendendum orbem comparare. Egredimini cum importuna & conflata importunorum manu: ſecernite vos à bonis, & pergite quo cœpiſtis, ad Hiſpanos dico, aut Vtopiam vſq;: patent viæ omnes, proficiſcimini ſaltem, deſiderant vos exteriores inſulæ, illis inferte bella, exſuſcitate latrocinia, noſter Orbis purgandus. Nec enim diutius conuerſari nunc poteritis nobiſcum, non ferent, non ſinent, non patientur Imperij proceres, quorum vos omnium cognoſcitis odium, iuſtum & iam diu debitum, & tamen eorum præſentiam aſpectumq; non vitatis. Quid? quorum aures, oculos, menteſq; vulneratis, nihil aliud cogitantes præter veſtra latrocinia: horum vos autoritatem non verebimini, neq; iudicium ſequemini, neq; vim pertimeſcetis? O rigidas frontes, & duras ceruices, & pectora infrunita.

Sed, vt video, vt audio, vos *Prædicantes* ſeditioſi, vos adhuc nullam fugam meditamini? O vtinam, magno metu nos liberaſſetis. At tales eſtis, quos nulla vis frangit, nulla vos corrigit, nullus pudor à turpitudine, metus à periculo, aut ratio à furore reuocat. Agite ſtate, manete, mox mox alia via cum vobis procedendum, quam primum hanc vltimam actionem, erga vos finierint.

Pag. 67. Verum enim verò, ô mei auditores, breuibus veniam rogo meæ prolixitatis; ne pigeat vos, vltimũ hoc meum poſtulatum audire, qui omnia, quæ longius antea à me tradita ſunt attento ſtudio & iudicio animaduertiſtis. Pergite, mei, adhuc paululum ædes veſtrarum aurium vaciuas mihi præbere, & ea, quæ mage ſerio dicam, diligenter animis veſtris percipere.

Quis eſt veſtrum, qui, ſi hoſtem ſuis domibus cõtineret, qui non ſolum honoribus, ſed etiam vitæ ſuæ inſidiaretur: ita vt animam ei exſtingueret; nõ hunc in vincula dari, non hunc ſummo ſupplicio enecari mandaret? Inhumaniſſimus ac crudeliſſimus: importunus ac ferreus, qui non dolorem ſuum & cruciatum dolore nocentis iuſtâ vindictâ leniret. Tales ſunt *Prædicantes* hoſtes infenſiſſimi, Regum iugulatores & parricidæ perditiſſimi. Quibus ita animo obfirmatum eſt, omnes, quotquot ſunt Reges, Principes, obſtantes ſuæ religioni, aut aliquo modo ſaltem ſuſpectos, eos omninò, quocunq; ſaltem modo tolli debere; idq; factum ſceleratiſſimum non ſolum conceſſum perhibent, defendunt, ſed etiam, vt pium, laudant, imò præmiis & beneficiis exornant. O bone IESV, ignoſce hæc mihi enarranti, quod illi nequam perpetrare nihil intentatum relinquunt. Dicta eorum habemus & conſilia ex ore eorum à fide dignis excepta & obſeruata.

Pag. 80. O Romani Imperij proceres, & *Catholicæ* doctrinæ vel propugnatores vel fautores anne vos tutos à *Prædicantium* latrociniis eſſe putetis? Imò credite, poſſetis nullam horam vobis promittere in craſtinum, dudum commiſiſſent, quod voluiſſent, nec furori eo-

rum

Digitized by Google

rum timor obfuiſſet, ni ſummus Pater ignotis illis periculis vos liberaſſet. Ille, ille reſtitit. Ille, ille hoc Imperium Romanum, hanc Eccleſiam refloreſcentem,& vos in ea,ſaluos eſſe voluit. Hanc ei gratiam debebimus ſolum,&c.

O Imperij proceres,qui animus erga vos geritur, geritur etiam erga Imperatoriam Maieſtatem, qui coniunctiſſimæ Imperatorij corporis partes. Quicunq; igitur veſtras *ſerenitates* & Clementias pro ſalute ſui capitis militantes læſerit, aut lædere laborauerit,illum ipſum Cæſareum apicem læſiſſe ſerio exiſtimabitis;&c. *Pag.81.*

Sed quid de votis eorum & animis? Certos,quos occidant,ſtatuerunt,qui occidant, emiſerunt: hocq; initum eſt conſilium, vt non modò ipſi interficerentur,ſed etiam interfectis omnibus, nemo ad deplorandam quidem Reipublicæ & Eccleſiæ calamitatem relinqueretur. Ibid.

Nunc igitur ite amplius, & latrones regno recipite,defendite,amate,qui veſtrum interitum non ſolum volunt,ſed etiam moliuntur,nec moliuntur tantum,ſed etiam inferunt. Qui vobis,qui vitæ, qui honoribus,qui bonis,qui coniugibus,qui liberis,qui hominibus,qui ſubditis, & omnibus veſtris inſidiantur. Scitis quali ſupplicij genere digni ſint, ſuſpendantur tamen Regicidæ,antequam ſyluæ pereant, aut ſi minus,extrudantur, &c.

At tu ſuper omnes omnium fortiſſima, ô mea Germania, ſi horum choleram, ad exemplum reliquarum,extruderes,audireſq; exterorum Regum & Ordinum pias,prudentiſſimaſq; admonitiones,omni adfectu & fide plenè irradiantes: Sanè ſi horum *Pag. 83.*

tela ac furorem vitabis, ſi hoc genere fines tuos liberaueris, omni motu, omni infortunio te liberaſti. Fuit in te virtus olim, vt acriori ſupplicio pernicioſum ciuem, quam hoſtem acerbiſſimum coerceres. Indue priſtinam virtutem, age viriliter, nullum time, niſi DEVM. Et quia non vis interficere eos, expellantur ſaltem, expellantur; idq; maturè, ne, ſi longius hæreant, creſcat inexpugnabile malum, periclitetur DEI religio, corruat Imperium, opes eripiantur, coniuges & liberi malè habeantur honores, obliterentur, & denique anima multo cum ſanguine effundenda ſit, &c. Proficiſcimini, proficiſcimini, &c.

Pag. 84. Nunc me IESV Chriſte, quem nos meritò Ducem, Regem, propugnatorem, defenſorem Eccleſiæ noſtræ nominabimus. Tu, qui ad dextrum Patris tui ſedes, & Eccleſiam tuam verbo virtutis & potentiæ gubernas, eamq; contra omnium inſultus protegis, ecce ſponſa tua, tua columbula, tua animula, tua amicula, genu nuda, & fletu vda, lacrumis fœdata, bonis exſpoliata, religione turbata; lamentabiliter, lacrymabiliter, vt ſupplex, tuæ excelſiſſimæ Maieſtatis pedibus aduoluitur. Reſpice eam, vel leui reſpectu, veniam deprecatur, pacemq; imis gemitibus, velatis manibus expetit. Vides & cernis, quæ hæc ſcelerum ſocietas machinetur, quæ moliatur, vides, quam tuæ Maieſtatis ſublimitatem hebetet, quam nominis tui cæleſtis gloriam deturpet, & in ſuorũ ſcelerum protectionem nefariè abutatur. An ne igitur finis erit fraudum & ſcelerum? Anne malorum exitus? Quando erit, vt deuaſtatâ ſpurciſſimâ illâ Babylone, nomen honoſq; tuus floreat, & dulcis Euangelij vox omnes terras latè adimpleat?

O age;

Digitized by Google

O age; ô heros, accingere gladio ſuper femur tuum. Specie tua & pulcritudine tua, intende, proſperè procede & regna: propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam deducat te mirabiliter dextera tua. Turba eos, qui tuam gloriam turbant, qui nos, noſtrasq; Eccleſias, & ſcholas, & Reſpublicas turbant, qui omnia turbant. Longè illos à tuis aris, cæteris templis, à lectis, à mœnibus, à vita, & fortunis noſtris arce. Conuerte illos, ſi velint ſe verti & vertere; ſi nolint, vt inimicos Eccleſiæ tuæ, hoſtes tui nominis, latrones tuorum vnctorum, ſcelere inter ſeſe, ac nefaria ſocietate coniunctos, æternis ſuppliciis viuos, mortuoſq; macta. Pſal. 44.

Explicit feliciter Prædicantium Relegatio ex Germania.

BREVIS EPILOGVS AD PRÆDICANTES.

ITerum vos alloquor, ô Saxonici & Sabaudici Euangelij Præcones. Si quis ex Ieſuitarum Ordine, vel alius cuiuſcunq; ſtatus aut conditionis, ſimili declamatione in Academiis Ingolſtadienſi, Dilingana, Herbipolenſi, Moguntina, Treuirenſi aut Colonienſi, in vos fulminaret ac detonaret, & poſtea fulmina & tonitrua ſua in publicum emitteret; ſicut in Academia Gieſſenſi aduerſus Ieſuitas Lonnerus fecit; an non in rabiem ac furiam verteremini, & Ieſuitas tanquam ſeditionum flabella, incentoreſq; mille diris deuoueretis? ô Prædicantes, memores eſtote triti illius: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

At dicetis, hæc meritò in Ieſuitas congeri. Quo merito? Quando meritum hoc probaſtis; & vbi? Num in chartis maledicis, quas furioſus Hypſiboas *veſter expilauit? Dicam ego quoque, & optimo iure, quidquid criminum declamator corraſit, id in vos competere. An ideo innocentiam veſtram vos perdidiſſe exiſtimabitis? At vos, vtpote Confeſſionis Auguſtanæ buccinatores, ſub fœdere pacis Religioſæ comprehendimini. Verum de Caluiniſtis quid fiet? Ieſuitis eiuſdem pacificationis participationem largitur Catholicæ fidei profeſſio; neque vlli Catholico locus in Imperio negatur. Vos defendunt, fouent, & promouent veſtri Principes & Magiſtratus. Nos noſtri non minores; Dicam quoque, Maiores. Omnibus enim maior eſt Imperator. A vobis ſtant tres Electores Politici. A nobis tres, ijque potiores, Eccleſiaſtici: Et ex politicis, Rex Bohemiæ. Degitis ſub patrocinio multorum ordinum Imperij. Et nos itidem; quod non ignoratis, imò ſi ignoraretis, minus frenderetis, nec adeo frenetice ringeremini, nec incondita, incompta*

&

Digitized by Google

& planè barbara Lonneri Spermologia tantoperè vobis arrideret, qui etiam nugacitati ſuæ carmina adiecit, plena puerilibus vitiis, & dignis quæ ſcutica mulctentur; nam penultimam verbi Neophytus *producit in hoc inuerſo verſu.*

Quam Iebuſitarum Neophyti, & cætera pubes.

Idem peccatum peccat in vocabulo, quod ſectarij finxerunt ex Catholico.

Turba ſalutari Cacolyci nomine lætans.

Mirum, ni quis cum Theocrito exclamet:

ὢ λύκος, ὢ θῶες.

Autolycus iſte, vera efferati Lycaonis *proles necdum nouit, quis ſit modulus primæ ſyllabæ in dictione* Lycus *ſeu* λύκος, *vnde literiones iſti diobolares,* Cacolyci *conuicium procuderunt. Huc accedit feſtinus ille verſiculus.*

Huc artes variæ tendêre Ligæq; cruentę

Tendêre, *pro* tetendêre. *Vnde hæc aphæreſis? Cuius auctoris teſtimonio? Ride & hoc crimen.*

Fortis Euangelij vindex Deus alme fuiſti.

Mox

Digitized by Google

Mox tamen reponitur, nec ſemel, ſed ſæpius: quia elegantia repetita placet.

Regis Euangelici pura ac ditione nouata

Neſcit imperitus Grammatiſta primam ſyllabam in hoc vocabulo conſtare diphthongo Græca ET, *quæ longa eſt. Etiam* Pentametros *pro* Hexametris *occinit.*

Euæ iterumque Euæ, tollamus oportet.

Hexametri ergo iam hoc doctore quinis pedibus incedere condiſcunt. Porrò iſte verſus:

In cute curata lurcabimur, ô ſocij (Hoſcha)

Potius Ebrium cereuiſiarium, quam Poëtam redolet. Vt & iſte:

Chriſte vige: Perita Papa nequam peſſume, Bombax

Dignum ſanè hunc Poëtaſtrum iudico, in cuius fronte exaretur verſiculus ille, quem neſcio cui in Haſsia Campanæ inſcriptum dicit.

Eſt mea vox Bam, Bam, potens repellere Satan.

Nec repugnabo, ſi quis iſtum adiecerit:

Pæan Io, ſummus Princeps victorque canendus.

conflictationes, defeſſis noſtris & exſuccis, illis prædæ
fieremus. Hoc argumentum eſt omnium harum Tragœdiarum, & finis vnicus, quem illi ſummus meditullitus viribus contendunt.

Pag. 57. Vbi igitur, Deum immortalẽ, obſecro, ſumus gentium? Quod Imperiũ habemus? Quos Reges? Quos Principes? In quo orbe viuimus? Quid ſecuritatis, quid tranquillitatis? Fluctuandũ ſemper? Æſtuandũ, inter hoſce ſcopulos & ſyrtes? Ita ſanè seriò, & tamdiu, donec hæc perfida & inquieta gẽs, & omnium ſimulationũ architectrix nobiſcũ conuerſatur, vt q̃ de noſtro omniũ interitu, q̃ de huius ciuitatis, atq; adeò totius Romani Imperij exitio angitur, nec prius in pace eſſe poteſt, niſi prius ſublata ſint *Catholicorũ agmina.*

Tales igitur adhuc in ſinu noſtro habemus, tenemus, fouemus? O tempora, ô mores. Qualia legimus in Polonia factitata! Qualia in Germania, Belgio, Pag. 63. Gallia, Scotia, Anglia? *Prædicantes, Prædicantes* omniũ harum turbarũ anteſignani, omnium factionum ſigniferi, omniũ bellorum ductores & doctores. Non mea hæc eſt accuſatio; Omnium, omniũ eſt, & maximorum hominum quorum loca hæc *Prædicantica* fex collutulauit. Singularum gentiũ ſingulæ ſcriptiones, Pag. 64. ſingulæ proteſtationes. Etenim, *Prædicantes*, quid igitur exſpectabitis amplius, cum neq; nox cæca nefarios veſtros conatus obſcurare queat, nec priuata domus continere vocem coniuratorum veſtrorum poſſit? Si illuſtrantur, ſi erumpunt omnia; mutate mentem veſtrã, mihi credite, obliuiſcimini cædis, atq; incendiorũ: Teneminis; vndiq; luceſcunt clariora veſtra machinamẽta omnia. Quid exſpectabitis, dico? Nihil agitis, nihil molimini, nihil facitis, q̃ noctu noſtri non videant, planeq; ſentiant.

Dico

Dico tertium, quid exſpectabitis proditioſi, factioſi, ſeditioſi? Legis ſententiam poſtulatis? ſi Lex ſententiam feret, non ſolum deſolandi exilio, ſed etiã è medio auferendi. Oporteretq; vos ad mortem produci, & peſtem illam in vos conferri, quam vos aliis machinamini. Sanxerunt enim vetuſtiſſima legum decreta, vt Taraxopolides, vt ſeditionum & tumultuum autores, mulctam grauiſſimam ſuſtinerent: Scilicet, vt pro qualitate dignitatis, aut in furcam tollantur, aut beſtiis ſubijciantur, aut in inſulam deportentur, &c.

Et quid dicam de crimine ſeditionum veſtrarum in Rempublicam? Veſtra ſceleſta proditio, veſtra malitioſa factio & hoſtilis ſeditio ipſam lædit Cæſaream Maieſtatem, ipſum Imperium, ipſam Remp. eiuſq; proceres. Nam & literas & nuncium mittere hoſtibus eius Reipublicæ, in qua viuitis, & ſignum dare, facereq́; dolo malo, quo hoſtes Regni conſilio iuuentur, non intermittitis. Imò aduerſus Rempublicam, eiuſq́; ſecuritatem & tranquillitatem dolo malo & conſilio, ineuntur multa, vt armati veniant cum telis lapidibusq́; in Vrbe ſua, veniantq́; aduerſus Remp. loca occupentur, homines ad ſeditionem euocentur, aut non quæuis non ſuſcipiantur, & attententur crebris conſpirationibus aduerſus Reip. ſalutem & vtilitatem. Pag. 65.

Accumulatis quoq; crimen læſæ Maieſtatis, crimine perduellionis, quãdo Imperij ſtatũ ipſum labefactatis, eumq́; iam optimè temperatũ ad vnius *ſectæ veſtræ* tyrannidẽ vindicare appetitis. Hęc crimina veſtra, *Prædicãtes*, quomodo ea exſoluẽda? Dicã, q; leges dicunt. Volunt eæ ſuperioribus caput ſecuri præcidi.

Digitized by Google

cum bonorum confiſcatione. Humiliores verò comburi mandant, aut beſtiis ad ludum obijci: Memoriâ inſuper ipſorum poſt morté damnatâ: Aut, vt nunc conſuetudine obſeruatur, in quatuor partes diſſecãtur. Perduellionis veſtræ, quod cumulatis, crimen, eâdem ſeueritate punitur. Quamuis autem non quiſquis, qui legis Iuliæ Maieſtatis reus eſt, in eâdem conditione eſt: videlicet, ſi in delicto æquales; Tamen hę cauſæ tales ſunt, vt ſine reſpectu perſonarum, vltimo ſupplicio meritò affici debeatis. En habetis legum ſeueritatem, ſi habere vultis.

Sed quod ad ſerenitatem, lenius, & ad vtilitatem Reip. communem mitius, non volunt vos iuſtiſſimi legum temperatores interfici, ſed exire mandant. Putant enim hoc modo veſtrûm, veſtrorumq; comitûm magnam & pernicioſam Reip. ſentinam exhauriri & purgari poſſe. Lene & mite iudicium ſanè. Viderunt mehercules mecum multa millia hominum Brunſvvigæ, quod non ſolum in proditorem iſtum diabolicum, inaudita ſimul ſupplicij genera vſurpata; Digiti periuri amputati: candentibus quatuor forcipibus quater tortus, diſtortusque, mouente ſe toto theatro: Viuus diuiſus in partes quatuor; combuſta ilia: reliquis partibus quatuor, terræ partibus quatuor diſcriminatim, capite verò vniuerſim toti mundo & orbi, palam oſtenſis. Nec ſolum hoc: ſed & alij primores è Senatu, è Tribunis doctiſſimi, grauiſſimi nulla cogitatione proditionis, ſaltem turbis ſuis aduerſus ſenatum, libertatis vindicandæ cauſa falſa opinione, excitatis, obſecundantes publicè ſecuri percuſſi ſunt, ijſq; ad numerum, puto, vndecim. Vos proditores, vos turbatores, furentes audacia, ſcelera

Pag. 66.

lera

Digitized by Google

ſera anhelantes, peſtem patriæ nefariè anhelantes, nobis, atq; noſtræ Eccleſiæ incendium, flammamq; minitantes: Vos, inquam, prodigia & monſtra, Romanum Imperium puncto temporis exſtinguere volentes, non ſolum non abire, ſed & communi vita & ſpiritu nobiſcum frui vultis? imò tegi, protegi? Exite, inquam, exite, deſinite inſidiari, circumſtare orbem cum gladiis, cum ſtirpe malorum omnium, deſinite malleolos ad incendendum orbem comparare. Egredimini cum importuna & conflata importunorum manu: ſecernite vos à bonis, & pergite quo cœpiſtis, ad Hiſpanos dico, aut Vtopiam vſq;: patent viæ omnes, proficiſcimini ſaltem, deſiderant vos exteriores inſulæ, illis inferte bella, exſuſcitate latrocinia, noſter Orbis purgandus. Nec enim diutius conuerſari nunc poteritis nobiſcum, non ferent, non ſinent, non patientur Imperij proceres, quorum vos omnium cognoſcitis odium, iuſtum & iam diu debitum, & tamen eorum præſentiam aſpectumq; non vitatis. Quid? quorum aures, oculos, menteſq; vulneratis, nihil aliud cogitantes præter veſtra latrocinia: horum vos autoritatem non verebimini, neq; iudicium ſequemini, neq; vim pertimeſcetis? O rigidas frontes, & duras ceruices, & pectora infrunita.

Sed, vt video, vt audio, vos *Prædicantes* ſeditioſi, vos adhuc nullam fugam meditamini? O vtinam, magno metu nos liberaſſetis. At tales eſtis, quos nulla vis frangit, nulla vos corrigit, nullos pudor à turpitudine, metus à periculo, aut ratio à furore reuocat. Agite ſtate, manete, mox mox alia via cum vobis procedendum, quam primum hanc vltimam actionem, erga vos finierim.

D Verum

Digitized by Google

Pag. 67. Verum enim verò, ô mei auditores, breuibus veniam rogo meæ prolixitatis; ne pigeat vos, vltimũ hoc meum poſtulatum audire, qui omnia, quæ longius ante à me tradita ſunt attento ſtudio & iudicio animaduertiſtis. Pergite, mei, adhuc paululum ædes veſtrarum aurium vaciuas mihi præbere, & ea, quæ mage ſerio dicam, diligenter animis veſtris percipere.

Quis eſt veſtrum, qui, ſi hoſtem ſuis domibus cõtineret, qui non ſolum honoribus, ſed etiam vitæ ſuæ inſidiaretur: ita vt animam ei exſtingueret; nõ hunc in vincula dari, non hunc ſummo ſupplicio enecari mandaret? Inhumaniſſimus ac crudeliſſimus: importunus ac ferreus, qui non dolorem ſuum & cruciatum dolore nocentis iuſtâ vindictâ leniret. Tales ſunt *Prædicantes* hoſtes infenſiſſimi, Regum iugulatores & parricidæ perditiſſimi. Quibus ita animo obfirmatum eſt, omnes, quotquot ſunt Reges, Principes, obſtantes ſuæ religioni, aut aliquo modo ſaltem ſuſpectos, eos omninò, quocunq; ſaltem modo tolli debere; idq; factum ſceleratiſſimum non ſolum conceſſum perhibent, defendunt, ſed etiam, vt pium, laudant, imò præmiis & beneficiis exornant. O bone IESV, ignoſce hæc mihi enarranti, quod illi nequam perpetrare nihil intentatum relinquunt. Dicta eorum habemus & conſilia ex ore eorum à fide dignis excepta & obſeruata.

Pag. 80. O Romani Imperij proceres, & *Catholicæ* doctrinæ vel propugnatores vel fautores anne vos tutos à *Prædicantium* latrociniis eſſe putetis? Imò credite, poſſetis nullam horam vobis promittere in craſtinum, dudum commiſiſſent, quod voluiſſent, nec furori eo-

rum

Digitized by Google

rum timor obfuiſſet, ni ſummus Pater ignotis illis periculis vos liberaſſet. Ille, ille reſtitit. Ille, ille hoc Imperium Romanum, hanc Eccleſiam refloreſcentem, & vos in ea, ſaluos eſſe voluit. Hanc ei gratiam debebimus ſolum, &c.

O Imperij proceres, qui animus erga vos geritur, geritur etiam erga Imperatoriam Maieſtatem, qui coniunctiſſimæ Imperatorij corporis partes. Quicunq; igitur veſtras *ſerenitates* & Clementias pro ſalute ſui capitis militantes læſerit, aut lædere laborauerit, illum ipſum Cæſareum apicem læſiſſe ſerio exiſtimabitis; &c. *Pag.81.*

Sed quid de votis eorum & animis? Certos, quos occidant, ſtatuerunt, qui occidant, emiſerunt: hocq; initum eſt conſilium, vt non modò ipſi interficerentur, ſed etiam interfectis omnibus, nemo ad deplorandam quidem Reipublicæ & Eccleſiæ calamitatem relinqueretur. Ibid.

Nunc igitur ite amplius, & latrones regno recipite, defendite, amate, qui veſtrum interitum non ſolum volunt, ſed etiam moliuntur, nec moliuntur tantum, ſed etiam inferunt. Qui vobis, qui vitæ, qui honoribus, qui bonis, qui coniugibus, qui liberis, qui hominibus, qui ſubditis, & omnibus veſtris inſidiantur. Scitis quali ſupplicij genere digni ſint, ſuſpendantur tamen Regicidæ, antequam ſyluæ pereant, aut ſi minus, extrudantur, &c.

At tu ſuper omnes omnium fortiſſima, ô mea Germania, ſi horum choleram, ad exemplum reliquarum, extruderes, audiresq; exterorum Regum & Ordinum pias, prudentiſſimasq; admonitiones, omni adfectu & fide plenè irradiantes: Sanè ſi horum *Pag. 83.*

Digitized by Google

tela ac furorem vitabis, ſi hoc genere fines tuos liberaueris, omni motu, omni infortunio te liberaſti. Fuit in te virtus olim, vt acriori ſupplicio pernicioſum ciuem, quam hoſtem acerbiſſimum coerceres. Indue priſtinam virtutem, age viriliter, nullum time, niſi DEVM. Et quia non vis interficere eos, expellantur ſaltem, expellantur; idq́; maturè, ne, ſi longius hæreant, creſcat inexpugnabile malum, periclitetur DEI religio, corruat Imperium, opes eripiantur, coniuges & liberi malè habeantur honores, obliterentur, & denique anima multo cum ſanguine effundenda ſit, &c. Proficiſcimini, proficiſcimini, &c.

Pag. 84. Nunc me IESV Chriſte, quem nos meritò Ducem, Regem, propugnatorem, defenſorem Eccleſiæ noſtræ nominabimus. Tu, qui ad dextrum Patris tui ſedes, & Eccleſiam tuam verbo virtutis & potentiæ gubernas, eamq́; contra omnium inſultus protegis, ecce ſponſa tua, tua columbula, tua animula, tua amicula, genu nuda, & fletu vda, lacrumis fœdata, bonis exſpoliata, religione turbata; lamentabiliter, lacrymabiliter, vt ſupplex, tuæ excelſiſſimæ Maieſtatis pedibus aduoluitur. Reſpice eam, vel leui reſpectu; veniam deprecatur, pacemq́; imis gemitibus, velatis manibus expetit. Vides & cernis, quæ hæc ſcelerum ſocietas machinetur, quæ moliatur, vides, quam tuæ Maieſtatis ſublimitatem hebetet, quam nominis tui cæleſtis gloriam deturpet, & in ſuorũ ſcelerum protectionem nefariè abutatur. An ne igitur finis erit fraudum & ſcelerum? Anne malorum exitus? Quando erit, vt deuaſtatâ ſpurciſſimâ illâ Babylone, nomen honosq́; tuus floreat, & dulcis Euangelij vox omnes terras latè adimpleat?

O age;

O age; ô heros, accingere gladio ſuper femur tuum. Specie tua & pulcritudine tua, intende, proſperè procede & regna: propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam deducat te mirabiliter dextera tua. Turba eos, qui tuam gloriam turbant, qui nos, noſtrasq; Eccleſias, & ſcholas, & Reſpublicas turbant, qui omnia turbant. Longè illos à tuis aris, cæteris templis, à lectis, à mœnibus, à vita, & fortunis noſtris arce. Conuerte illos, ſi velint ſe verti & vertere; ſi nolint, vt inimicos Eccleſiæ tuæ, hoſtes tui nominis, latrones tuorum vnctorum, ſcelere inter ſeſe, ac nefaria ſocietate coniunctos, æternis ſuppliciis viuos, mortuoſq; macta. *Pſal. 44.*

Explicit feliciter Prædicantium Relegatio ex Germania.

Digitized by Google

BREVIS EPILOGVS AD PRÆDICANTES.

ITerum vos alloquor, ô Saxonici & Sabaudici Euangelij Præcones. Si quis ex Ieſuitarum Ordine, vel alius cuiuſcunque ſtatus aut conditionis, ſimili declamatione in Academiis Ingolſtadienſi, Dilingana, Herbipolenſi, Moguntina, Treuirenſi aut Colonienſi, in vos fulminaret ac detonaret, & poſtea fulmina & tonitrua ſua in publicum emitteret; ſicut in Academia Gieſſenſi aduerſus Ieſuitas Lonnerus fecit; an non in rabiem ac furiam verteremini; & Ieſuitas tanquam ſeditionum flabella, incentoreſque mille diris deuoueretis? ô Prædicantes, memores eſtote triti illius: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Digitized by Google

At dicetis, hæc meritò in Ieſuitas congeri. Quo merito? Quando meritum hoc probaſtis, & vbi? Num in chartis maledicis, quas furioſus Hypſiboas *veſter expilauit? Dicam ego quoque, & optimo iure, quidquid criminum declamator corraſit, id in vos competere. An ideo innocentiam veſtram vos perdidiſſe exiſtimabitis? At vos, vtpote Confeſſionis Auguſtanæ buccinatores, ſub fœdere pacis Religioſæ comprehendimini. Verum de Caluiniſtis quid fiet? Ieſuitis eiuſdem pacificationis participationem largitur Catholicæ fidei profeſſio; neque vlli Catholico locus in Imperio negatur. Vos defendunt, fouent, & promouent veſtri Principes & Magiſtratus. Nos noſtri non minores; Dicam quoque, Maiores. Omnibus enim maior eſt Imperator. A vobis ſtant tres Electores Politici. A nobis tres, ijque potiores, Eccleſiaſtici: Et ex politicis, Rex Bohemiæ. Degitis ſub patrocinio multorum ordinum Imperij. Et nos itidem; quod non ignoratis, imò ſi ignoraretis, minus frenderetis, nec adeo frenetice ringeremini, nec incondita, incompta*

Digitized by Google

Mox tamen reponitur, nec ſemel, ſed ſæpius: quia elegantia repetita placet.

Regis Euangelici pura ac ditione nouata

Neſcit imperitus Grammatiſta primam ſyllabam in hoc vocabulo conſtare diphthongo Græca ΕΥ, *quæ longa eſt. Etiam* Pentametros *pro* Hexametris *occinit*:

Euæ iterumque Euæ, tollamus oportet.

Hexametri ergo iam hoc doctore quinis pedibus incedere condiſcunt. Porrò iſte verſus:

In cute curata lurcabimur, ô ſocij (Hoſcha)

Potius Ebrium cereuiſiarium, quam Poëtam redolet. Vt & iſte ☉:

Chriſte vige: Perita Papa nequam peſſume, Bombax

Dignum ſanè hunc Poëtaſtrum iudico, in cuius fronte exaretur verſiculus ille, quem neſcio cui in Haßia Campanæ inſcriptum dicit.

Eſt mea vox Bam, Bam, potens repellere Satan.

Nec repugnabo, ſi quis iſtum adiecerit:

Pæan Io, ſummus Princeps victorque canendus.

E *Quan-*

Digitized by Google